

ALTISSIMO SVBLEVANTE.
EXERCITIVM ACADEMICVM
De

DISCVRSV NA- TVRALI,

Quod,

*Adprobante Ampliff. Colleg. Philos. in illustri
ad Auram Fennorum Lyceo,*

SVB PRÆSIDIO

Maxime Reuerendi DOMINI

Mag. JOH. HAARTMAN,

Phil. Theor. Profess. Reg. & Ord.

Candidæ cujusque censura modeste submittit

ANDREAS S. SALOVIUS

Austro-Fennus.

In Palæstra Academica superiori ad di-
em D. V. 13. Junii A. 1733. horis ante
meridiem consuetis.

A B O Æ,

Excud. Reg. Acad. Typ. Joh Kiämpe.

VIRIS Maxime Reuerendis
DOMINO,

Mag. JOH. HAARTMAN,
Phil. Theor. in Reg. hac Acad. Profefiori
Ordinario, Confistorii vtriusque Adfessori
grauiffimo, Ecclefiarum ad Diuam Mariam
Antiftiti longe vigilantiffimo.

Mæcenatibus Magnis ac Promotoribus fingulo
profe-

Μὴ θαυμάσητε, ὅτι λεπτόν ἴσθαι τῆς Φυῆς τῆς
Φέρειν τοῦ μὲν μέγιστα γὰρ τὰ δωρίματα ὑ-
σμὴς καλλιερῶν μοι συνέβη, σωρηδὸν ἐπιληφθεῖσθε
μᾶς θυλόν, πάσης ἀφορμῆς ἰσχυρῶν, σημήνεια
σμάλι παραγενέσθαι προθυμῶμαι. Ἰπολαυβάουθε
θε, ὡσπερ μέγιστον, ὑμᾶς ἰσχυρῶν προτάσας με
κάστας ἐξέζον.

MAGNORVM NO.

Humillimus
Andreas

atque Celeberrimis,

DOMINO,

ISAACO ΒΥΣΣΑΡΙΟΥ /

Sacr. Lingg. Professore Ordinario, Consistorii Acad. Adfessori Amplissimo, ad Ecclesias in Dyffis & Rusto Antistiti longe adcuratissimo.

laribus, submisso venerationis cultu statem quendis,

αὐθλείας κῆμα ὑμῶν ἐυλαβεστάτη τῇ χειρὶ ἀνα-
μῶν, τὰ ἐξ αὐτῆς τῆς ὥρας, ἥς ὡς πᾶς μὴ-
ἦδη πάλαι ἀναζητήσωσι, ἵνα ἐυσιβῇ με εἰς ὑ-
πὸ μὲν αἰμυδρῶ τῶδε τῆς ἀγχινοίας με σχεδιά-
θε αὐτὸ Φαιδρῶ τῶ ὠπὶ, καὶ ἐὰν με μετὰ τῶν
ἀναμφιδόξας καὶ τῶν σπεδῶν με κηδεμόνας ἀντι-
ε σίβεσθαι.

MINVM VESTRORVM

cliens
Salovivs.

Kongl. Maj:ts

Tro-Tienare och Håradshöfdinge öfver öfre
Satacunda Hårader /
Ädel och Högachtad

Herr CLAES DELWESON /
Högtbewågne Herre och Befordrare.

Et ringa wårck af lärdoms Snille,
Jag dristat te i liuset fram,
Med önskan, I benågit wille
Uptaga detta Pappers fram,
För gunst och godhet, som ehrsarit
Mitt Faders huus ren noqsamt har;
Då I dem hielpsam ofta warit;
Det jag mod wördnad och uftar.
Doch här med jag ej kan betala,
Den stora gunst, wågierning mång,
Men will med tacksamhet uttala
Des myckenhet än mången gång:
Derjämte och med böner söker
Hos Gud, at lyckan bli Er när,
Och att han Edra dagar öler
Med trefnad utan allt bejwår!

Min högt Respectiue Herres och Wåhl-
ghunnares

Domiuus hörsamste tienare

A: Salouvs.

VIRO

Plurimum Reuerendo atque Praclarissimo,

Dno. Mag: JOHANNI WANEO,
Pastori Orivestimiam longe dignissimo, A-
uunculo vt optimo, ita summa animi Re-
uerentia suspiciendo,

VIRO

Plurimum Reuerendo atque Doctissimo,

Dn. FRIEDER. LUNDESTRÖM/
Rectori Scholæ Triu: Arctopolitanae adcu-
ratissimo, non pridem Præceptoris fidissimo,
jam Promotoris certissimo.

IN prasens VOBIS, PATRONI suspiciendi,
*Magnis pro meritis, munera parua fero;
Munera nulla fero, sed tantum pignora mentis
Deuota, quæ sint, consulite boni:
Ac persistat adhuc fauor ingens atque verendus
Erga spes nostras. Vester Alumnus ero,
Qui precibus calidisque fatigat Cunctipotentem,
Vt veniant Vobis tempora fausta Senum!*
Vestrorum Nominum

Cultor Deuotissimus

A: & R:

VIRO Perquam Reuerendo atque Eruditissimo,

Dno. JOHANNI WINTER,

Rectori Neostadiensis Pædagogicæ Solertis-
simo, Patruï loco perpetim habendo.

Perquam Reuerendo atque Doctissimo VIRO,

Dn: ERICO SALOVIO,

Sacellano in Galo meritissimo, Patruo sum-
ma mentis obseruantia ad cineres colendo.

VIRO Perquam Reuerendo atque Doctissimo,

Dn: SAMVELI SALOVIO,

Sacellano in Driwesti dignissimo, Parenti ut in-
dulgentissimo, sic filialis obsequii cultu æ-
tatem prosequendo.

Hæc immaturi ingenii primitias in pii & gra-
tissimi animi pignus. testificationemque sacras
esse vult & nuncupat

Vestris Nominibus

A: & R:

Ehreborne och Högwählachte
Handelsmannen i Stapel Staden Åbo /
Herr HENRIC RUNGEEN,
Min Gunstige Wählghynnare.

Ehreborne och Högwählachte
Handelsmannen derjammastådes
Herr JACOB COLLIN,
Min Högåhrade Frände och Wählghynnare.

DEn stora gunst I mig behagat wisat/
Kan jag ej här nu helt och nogsampt
prisa;

Doch är jag den som tacksamt sinne bär/
Och derför nu Er dessa blad tilskrifwer/
Som vittna wist/ att jag här ständigt blif-
wer/

Den ej Er gunst i glömskan säncka lär.

Min Gunstige Herrars

Hörsamste Tjenare
A. S:

Viro - Juueni,


*Integritate vite, morum prestantia solidiorisque
eruditionis gloria conspicuo,*

Dno. ANDREÆ SALOVIO,

Auctori & Vindici dissertationis de Dicur-
su Naturali perindustrio, Populari atque
Amico in paucis dilecto.

*C*ulmina dum tentas Salovi scandere Pindi,
Ingenue monstrans, que sit vis insita menti,
Omnibus in rebus recte cognoscere verum,
Ac animi sensus formare & prodere rite:
Gaudia concipiens calido Tibi pectore grator;
Insuper & voueo, Numen det prospera quavis,
Ut postquam studiis possis contingere metam:
Dein vigeas semper felix in Nestoris aum,
Obrineas donec cœlestis gaudia Regni:

In procinctu itineris applaudit
JACOB JI SIRELIVS.



A. Ω

§. I.

Quemadmodum homines aliquid inuestigantes locomotiva corporis facultate hac illucque discurrunt; ita veritatis studiosi facultate locomotiva mentis, seu cogitationum suarum mobilitate remotissima, quæque perscrutantur. Hinc nomen illud discursus, citra nativam suam significationem, etiam tralatitice pro ratiocinatione ac argu-

ac argumentatione a recentioribus Philosophis sæpius usurpatur. Nobis igitur a quoquam minime vitio versum iri putauerimus, quod heic vocabulum discursus, veteriorum alias Romanorum auctoritate destitutum, frequenti tamen Philosophorum, immo & Gallorum usu maxime nobis commendatum, in eadem acceptione, nempe pro ratiocinio sumatur: quippe transitus siue progressio heic fit ab vno axioma- te in aliud, præprimis a noto & certo ad minus notum incertum- que per quoddam medium illa- rium. Vnde veritatis cognitio per discursum oritur ex cognitio- ne alterius. Vocem vero illam alteram rubro præfixam, nempe natu-

naturalis, jam attingamus, quæ, præter varias omnibus facile obuias, quas commemorare heic non vacat, nobis in præfenti denotat vim facultatemque homini ingenitam siue impressam ipsius naturæ adfectionem. Atque sic discursus naturalis nobis in præfentiarum est vis ratiocinandi homini innata, qua mens humana suas ordinat & disponit cogitationes, ad veritatem quomodocunque inueniendam, cognoscendam, examinandam, aliisque communicandam: quo etiam referri debet discursus vsualis seu experimentalis: quia consuetudine sola ac quotidiana experientia sine præceptis acquiritur.

PRiusquam latius expatiamur, definitionem realem, post declaratam tituli significationem, nostro instituto conuenientem, in primis caute considerandam nobis proponimus; cum huic cautioni ansam suppeditens quorundam minus commodæ sufficientesque discursus naturalis descriptiones: quibus quidam statuunt veram propositionem, propter prioris propositionis veritatem, ex qua illa concipitur, veram quoque existere. Quam illorum assertionem minime nobis probandam esse constat, quum nexum, qui fundamenti loco esse debet, non constituent naturalem & genuinum, quare hæc propositio a priori

priori illa fluat & consequatur. Nam ad horum sensum sic instituat^r ratioⁿatio naturalis: hodie serenum est cœlum; ergo cras pluit. Alii iterum opinantur illam præcedentem propositionem semper veram esse, & certo nexu cum illa abstrahenda propositione conjunctam: quod tamen semper firmo niti talo negare sustinemus, quum plane constet veram propositionem haud ubique præcedere, sed interdum falsam existere, unde falsum etiam sequitur consequens. Nec etiam caute adfirmatur duas illas propositiones, notam videlicet & ignoram, certo nexu conjunctas esse, cum debeant demonstrare aperte, quisnam ille

nexus.

nexus sit, qui vim illativam continet, si alioquin recta conclusio constitutur. Rem acuterrigisse censemus Clariss: Dn. Donatum, qui, tradita definitione discursus naturalis, statuit illum esse actum mentis, quo ex aliquo jam cognito, aliud quid, propter hujus ad illud consequentiam inferimus. Qui tamen aliquanto forte distinctius talis fisti potest: discursus naturalis est actus intellectus humani, quo ex vna vera jamjam cognita propositione alia ignota, ob naturalem nexum, seu necessitatem consequentia, elicitur.

§. III.

JAM ad actum intellectus nostri, quem

quem genus discursus naturalis, data nostra qualicumque definitione, esse volumus, paullo explicatius tradendum conuertimur. Quamuis plurimi Philosophorum nullam agendi facultatem intellectui concedant nostro, asserentes intellectum ideas solum, instar speculi, recipere, & omne, quicquid in eo contingat, meram esse passionem. Sed mens quidem se tum mere passiuè habet, cum ideas sibi imprimi patitur: verum tamen ubi mens ipsa ideas a se inuicem disjungit, connectit, ad iudicia formanda aptat, atque vario modo easdem versat tractatque, tunc certe mens seu intellectus se actiuè habet. Hinc rectè discursus naturalis se-

dem

dem naturam in intellectu collo-
cavimus, vel, ut paullo subji-
ciamus accuratius, animæ intel-
ligenti adjudicamus. Dari qui-
dem aliquid etiam discursui huic
naturali in voluntate, profus
non inficiamur: quoniam inter
intellectum & voluntatem nulla
intercedat realis, sed tantum
modalis distinctio; ut utriusque
effectus bene discernantur. Inte-
rim tamen hæc, quæ in volunta-
tis motibus deprehenditur, dis-
cursus seu ratiocinii species, be-
neficio intellectus se exeret, at-
que ideo hunc unice ad intelle-
ctum referri debere contendimus.

§. IV.

Pergendum nunc vero nobis
est ratione instituti ad ipsam
dis-

discursus hujus formam, ut termino utamur artis, pro virili e-
 uelucendam; quam ob formam, vocatur *illativum* seu *discursivum*
judicium, quod non solum ad ignotæ veritatis inuentionem, ve-
 rum & ad notæ solidiorem cognitionem solidissimam monstrat
 viam: quia heic due idee etiam aduentius consideratæ non prius in-
 ter se congruere vel disfidere cogno-
 scuntur, quam tertia quedam i-
 dea adsumpta, & cum duabus
 illis, siue seorsim siue conjunctim
 disposita fuerit; tunc tertia illa
 notiori adhibita, aliquid ex colle-
 ctione idearum inter se coherentium,
 vel non coherentium, inferimus,
 & judicii hujus vel illius rationem discursus inquirimus.

Tria

Tria itaque heic statim probe
 tenenda riteque obseruanda sese
 offerunt, propositio nempe illa
 cognita, alio nomine *veritas* (vt
 loqui amant Philosophi) *probans*,
 quæ ceu vera semper substernitur,
 & modo simplex modo duplex
 est: deinde propositio seu *veritas*
probanda, quæ ex certa &
 vera illa elicitur, siue nos latue-
 rit, siue jam olim nobis perspe-
 cta fuerit, nunc vero animo re-
 colatur, vel aliis demonstretur,
 & hæc plerumque vna tantum
 est; ac denique ipse nexus, qui
 inter vtramque illam propositio-
 nem, inferentem nempe & illa-
 ram collocatur, ac fundamenti
 loco habetur, quare consequens
 ex antecedente re ipsa necessario

consequatur, ut posito vero antecedente ponatur verum consequens. Tria hæc duplici, dum actu argumentamur, ordine procedunt; nam modo a propositione probanda ad probantem progredimur, cum sententiæ quam ut veram & certam amplectimur & profiteamur, rationes causasque inquiremus: modo vero a propositione probante, tanquam a principio jam noto & certo, ad aliam ex priore cognoscendam, probandam & velut conclusionem veram eliciendam, pergimus. Duplici etiam ratione propositio probans nobis consideranda venit, quæ seu principium, vel subvertitur, vel assumitur, unde illa alia inquirenda veritas aut con-

gnoscat, aut confirmetur; hoc fit, cum partim de vero principii probantis sensu, partim de ipsius veritate in se dispiciatur, alterutrum si neglexerimus, vni ratiocinii perire constat. Rite porro perspicienda est ipsa, per ratiocinationem, a priori nota & certa propositione, abstracta & eruta seu abstrahenda eruendaque veritas, vna cum fundamento nexuue, quo ea infertur & sequitur. Fundamentum illud, quod consequentiæ etiam & conclusionis nomine nobis venit, duplex sistimus, *materiale aliud, aliud formale*. Nexus ille materialis vi solius materiæ aliquid elicit, vt in vlla simili materia, cuius eadem est terminorum habitudo, ac al-

terius, falsum non existat, consequens; quod facile apparet, cum more vulgi argumentamur: sol exortus est; ergo dies. Vel si tali modo ratiocinatio instituat: omne animal vivit; lapis non est animal, ergo lapis non vivit. At tamen conclusionem talem in dissimili materia non valere deprehendimus, cum joci gratia rusticus etiam sic ratiocinantur: omnis equus currit; equus ligneus est equus; ergo currit. Nexus vero formalis sub eadem argumentandi forma, in quacunque materia, tam simili quam dissimili, falsum nunquam permittit consequens: si v. g. ita colligimus: omne animal movetur; omnis testudo est animal; ergo

omnis

omnis testudo mouetur. Hic omnino nexus, qui inter propositiones intercedit, necessarium requirit consequens, non quidem semper absolute, sed saepe per respectum ad antecedens, quod ut verum supponitur. Hinc est distinctio Logicorum *inter necessitatem consequentis & consequentiae*; illam in se, citra respectum ad aliam, necessariam esse iudicant: hanc vero, per respectum ad aliam necessariam esse certo statuunt, atque hac necessitate non modo propositiones, dicta ratione consideratas, gaudere, sed etiam contingentes, immo aliquando falsas contendunt. Quam distinctionem etiam in discursu naturali quispiam sana vtens

ratione, inscius tamen & subobscure obseruire solet.

§. V.

DEum Ter. O. M. homini dotes ratiocinandi (quas societatis humanæ vincula Cicero appellat) eximias concessisse nemini non in confesso est, ut non solum iisdem a cæteris ratione destitutis, animantibus distingua- tur, verum etiam ut eas in nominis Divini gloriam, sui aliorumque usum & commodum excolat atque conuertat. Exinde igitur facile patet omnes omnino homines, nisi grauissimo animi morbo laborent, ratiocinari, immo, quod magis est, nihil sine prævia ratiocinatione rite perage-

agere, nihilque indubitate pro
 vero substituere posse. Si lumi-
 ne naturæ aliqualem de Deo cõ-
 gnitionem adquirere homo velit,
 atque ejus cultum considerare,
 non absque discurrendo hoc effi-
 cere valet, ut ad ejus notitiam
 cultusque obseruationem perueni-
 at. Si homo intenderit aliis pro-
 desse, statim tacite secum ratio-
 cinatur, quomodo & quare hoc
 fiat. Neminem quoque fugit ho-
 minem natura socialem esse, ideo-
 que appellatum animal *συνκοινωνι-
 κόν*. sed fieri nequit omnes in di-
 ctis & factis conuenire: hinc i-
 gitur oriuntur argumentationes,
 adprobationes, discursus & ver-
 borum certamina, vbi vnus ad-
 ferit id rationibus multis, quod
 in

in quæstionem venit, alter negat & aliter concludit argumentis aliis, quæ omnia ex naturali necessitate sic comparata sunt. Toti certe vitæ humanæ discursus naturalis adcommodatur, quod videre est in veritate rerum inuestiganda, in mandatis rite exhibendis, in omnibus actibus humanis exsequendis: ita ut homo sanus & prudens nihil loquatur, nihil pro rato habeat, nihilque agat, de quo non prius ratiocinatus erat. Naturali hocce discursu non solum utitur vulgus, dum præsertim aut animo aut verbis sibi in negotiis expediendis calcæ addit, vel aliquid statuit; sed quoq; viri Docti, eruditi atq; artis syllogisticæ gnari; cum ipsi secum

de ignota cuiusdam rei veritate & certitudine examen instituunt, tacite sine artificiali argumentatione ratiocinantur; dum familiariter cum aliis sermones conferunt nullas artificialis syllogismi regulas & præcepta observant; naturali solum modo consultant, inferunt concluduntque; idem plerumque faciunt, cum mentis cogitata scripto exprimunt. Non igitur ulterius necesse est, multis probem naturalem discursum singulis sanis sanaque ratione recte utentibus hominibus communem esse, quum idem nobis quotidianus usus satis superque indicet.

§. VI.

Omnibus notum est *Logicam* dividi in *naturalem* & *artificia-*

ficialem, qui saltem ad eos, a quibus exercetur, adtenderit: quæ diuisio in subiectorum varietate fundata est; nam illa quidem omnibus communis est; hæc vero doctis solum nota. Hinc distinctio habetur, quam superius innuimus, inter discursum naturalem & artificialem, juxta ritum canonem: quæ ratio est totius, eadem & partium: h. e. quod locum habet in vniuersa Logica id imprimis etiam in eius parte, nempe discursu seu syllogismo. Quapropter nobis magna jam, instituto sic urgente, incumbit necessitas demonstrandi conuenientiam & disconuenientiam discursus huius naturalis cum artificiali: quippe quæ distinctio

etiam singulis ex subjectorum vari-
 etate constat. Necessè est, mox
 fateamur, nos, amicæ brevitatis
 causa, omnes, quas heic obser-
 vare solent, circumstantias haud
 persequi posse: sed tantum po-
 tiores enumerabimus & indicabi-
 mus, in quibus eos arctissime con-
 gruere ac differre paululum li-
 quet potissimum. Nemini, no-
 stro quidem iudicio, ex antedi-
 ctis obscurum esse potest, natu-
 ralem discursum solo rationis du-
 ctu sine præceptis peragi: cum
 autem eos, a quibus artificialis
 edocetur syllogismus, consuli-
 mus, mox illum percipimus cer-
 tam, ab eruditis concinne præ-
 scriptam, ductui tamen rectæ
 rationis congruam, formam se-
 qui.

qui. Iam igitur hinc facili probamus negotio, nos in ratiocinatione artificiali eam, quam naturalis etiam discursus agnoscit, formam inuenire posse: nam in conficiendis syllogismis, tam naturalibus quam artificialibus, quantitatem & qualitatem ex ipsa terminorum habitudine, sponte fluere deprehendimus. Sed insuper in artificialibus alia, ab eruditis inuenta, exculta & perpolitata, accedit forma, quæ per figuras & modos describitur, atque præcipue valet in ratiociniis resoluendis, examinandis aliisque demonstrandis. Si adhuc ante oculos sistimus vtriusque conclusionis necessitatem, profecto adparebit statim eos in naturali consequentibus

sequentiarum nexu, superius demonstrato, conspirare; verum rursus artificialis syllogismus mutas, in suis præscriptis figuris, alias, certis regulis constructas, habet conclusionis necessitates, vt euidentialior & multo clarior nobis commonstretur ignota cuiusdam rei reſtitudo: obseruant nempe Logici conclusionem non debere ingredi medium terminum: sed sequi partem debiliorem; modo erit negatiua in vna figura; modo in altera particularis &c. quæ omnia apud Logices auctores inueniuntur.

§. VII.

E præcedentibus jam vltro emanare assertionem videmus, discursu

discursum naturalem non sufficere hominibus, ad veritatem rite inquirendam perfecte ubique cognoscendam, concinne excutiendam & cum aliis distincte communicandam, quæ etiam finis est tam discursus naturalis quam artificialis. Nam lubentes licet confiteamur, multa incognita quidem posse per ipsius naturæ ductum inueniri, percipi & demonstrari; sed tamen plenissime, exacte compendioseque omnia statuere & confirmare, ut nulla maneat contradictio, artificialis est Syllogismi, qui a plurimis, pro unico soloque veritatis indagandæ & erudendæ medio atque instrumento, habetur. Cui tamen sententiæ

nec nos semper subscribere sustinemus, haud inscii, alia quoque media dari, quæ absolute & independenter a syllogismo spectantur, quibus etiam nos ad pronatius pleniusque adsequendam veritatem disponi, non inique multi eruditi docent. Sed ad rem. Quisque etiam rusticus naturalem syllogismum & demonstrationem e cerebro suo concinne proferre potis est: illam vero reflectere fundamentaliterque expendere, ut de illius veritate omni procul dubio certus fiat, omnino nequit: cujus artis gnaros nos faciunt regulæ syllogisticæ: ratio enim humana multis obnoxia est imbecillitatibus, ac veritatis perceptio plurimis exposita

fita difficultatibus; nisi per præcepta Logica rationis cultura adjuvaretur. Haud raro etiam contingit, nos posse rei cujusdam objectæ falsitatem deprehendere, verum vbi illa jaceat occulta, incassum, nisi arte nos subleuemus, inquirimus, oleum operamque perdentes. Quis inficiari velit cuiuspiam mortalium facultatem pingendi innatam esse; attamen ad imagines formandas ars requiritur: sic se res habet in naturali & artificiali discursu, cum alicujus rei veritas indagetur, qui præceptis ab arte præscriptis & adornatis destituuntur, circa clarissima & optima quæque sæpissime hærent, & quæ confuse sibi repræsentarunt, adhuc confusius

tufius aliis proponunt. Concedimus quidem & extitiffe infignes, miraque ingenii felicitate ac capacitate præditos, qui in incertis & incognitis veritatibus erudendis naturali fua ratiocinatione id præftiterunt, quod vix multi artificiali efficere valuerint: aft juxta ftatuimus hoc, eos multo expeditius & longius procedere potuiffie, fi artis præcepta fibi cognita familiariaque feciffent, atque illa rite obferuaffent.

§. VIII.

EXemplo illorum, qui fingulari naturæ bonitate, & admiranda ingenii fui dexteritate veritatem fine arte inuenire, inuentam confirmare, confirmatam cum alijs communicare poterunt.

uerunt, heic optime comproba-
 mus, discursum naturalem esse
 artificialis syllogismi fundamen-
 tum: alia quippe via & metho-
 do illi quidem neutiquam in su-
 is ratiocinationibus vfi fuerunt,
 quam artificialium syllogismorum
 regulæ suis cultoribus præscribunt,
 quamuis illi ipsi eas sibi compertas
 fuisse nescierint. Hanc ergo aliasq;
 ob rationes, quæ partim superius a
 nobis recensitæ reperiuntur, partim
 singulis, qui hanc rem altiori in-
 dagine perlustrant, facile patefcet,
 artificialem discursum naturali su-
 perstructum esse, illum loco ve-
 ri sui fundamenti habere, atque
 omne fere suum robur illi debere.

§. XI.

JAm restaret, vt eorum, qui
 natu.

naturalem discursum oppugnant, sinistras futilesque indicaremus opiniones, iisdem pro virili occurrentes: sed cum breuitas, cui litare instituimus, & res angusta domi, cuius ratio præcipue habenda est, nos prolixos in hoc negotio esse vetent, paucis solum eos attingemus. Veteres Scepticos, qui etiam ab antesignano suo Pyrrhonicis nominantur, longa quadam retutatione indignos esse existimamus, cum nimium quantum suæ contradicant conscientie, statuentes nihil certi a quoquam cognosci & indagari posse: sed semper manendum in inquirendo & meditando, etiam de illis; quæ sensu viuidissimo nos adficiunt. Qua ratione ipsam.

naturam exuere tentant; cum
 tamen verba, ab illorum natura
 profecta, illis insciis, excidere
 videmus. Nam eo ipso, quod
 hæsitandum esse imperant, pro
 certo aliquid habent, atque du-
 ditantis existentiam, nolentes vo-
 lentes fatentur, sicque ad veri-
 tatis alicujus concessionem ferun-
 tur. Recentiorum quorundam
 ficulnea placita refellere heic no-
 bis etiam animus esset; quum
 quidam eorum in totum natura-
 lem ratiocinationem negent, non-
 nulli illam omnibus hominibus
 communem esse inficientur, alii-
 que artificialem cum naturali con-
 fundi regerant: sed has, contra
 verissimam veritatem directas,
 sententias nuperrime viri Celeb.
 omni-

omniumque suffragio doctissimi, ut
 Wolffius, Bullfingerus alique,
 publicis suis disquisitionibus in
 lucem editis refutauerunt, atque
 ipsos veritatis hujus impugnatores
 tacite nobiscum consentire cla-
 rissime demonstrarunt. Nos ita-
 que omnes veritatis cupidos ad
 eos modeste remittimus, e re non
 esse ducentes crambem semel co-
 ctam, bis recoquere actumque
 agere. Hæc igitur manum
 de tabula-

Soli DEO, Gloria.



In eoręgiam

De Discursu Naturali Dissertationem,
Juvenis, Pereximii atque Eruditissimi
Dni. ANDREÆ SALOVII,
Popularis & Amici Honoratissimi,
Gratulatio.

Quam teneat normam disquirens viribus
ipsis

Natura, pandit rite opus hocce tuum.

Gratulor ingenium præstans, conamina pul-
chra,

Et precor his addat prospera fata DĒUS.

Præstantissimo Dno. Auctori& Respon-
denti, Ex animo addictissimus

Jacob Haartman
Gabrielis Filius.

Eidem

Fervidus a teneris Musarum cultor, Amice,
Quam fueris, celebrat Te tuus ipse labor.

Nil potis est igitur mea nunc superaddere cre-
na;

Optat sed cæptis fata benigna tuis!

Sic paucis mentem exprime-
bat gratulabundans

Hen, J. Brandes

Consanguineo sui Amantissimo!

Cum celeri properas cursu conscendere cul-
men

Parnassi montis; proditur ingenii

Dexteritas docilis; quamvis sit semita dura,

Et multa semper Te tenuere mora.

Hinc omnes gaudent, quotquot sunt sangui-
ne juncti,

In quorum numero, carmina lata cano;

Tu Frater nec laudis eges carissime nostra,

Est patria Tua sat cognita fama solo.

Idcirco voveo, discursus cedat honori,

Percipies fructus. Denique vive diu!

Sic applaudit

Carolus Winter